



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

18. Orcus ej illudit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

culares modò flammâs extinxit, sed damnatas etiam ex Orci faucibus animas eripuit, inferni custodem Cerberum in se provocaverit: qui rabie plusquam caninâ impotenter fremens, omnia stygis monstra excivit, armavitq; contra hunc Herculem. Tolentini explicata acies (illuc NICOLAVS migraverat, hæsitque quoad vixit annis omnino triginta) & ad oppugnationem paratâ machinæ. Pugna præludium auditum in recto oratorii, ubi vir sanctus preces Numini faciebat. Horrificus subitò strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus; ut susque deque ferri omnia, totum à fundo monasterium ruere videretur. Subinde canis infernalis cum suis latrare horrendum, mox leonum rugitum terribilem edere, lupinum ululare, denique belluarum omnium omnigenas simul voces fingere, quibus si terrere non possent, saltem obturbarent orantem, atq; confunderent. NICOLAVS perstare in precibus immobilis, nõ percellendus, etiam si fractus orbis illabatur.

Non

18.
Orcus ei
illudit.